Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

caput de domo impii denudasti fundamentum usq; ad collum. Maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Audiui & conturbatus est uenter meus a uoce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis & subter me scaturat. Vt requiescam in die tribulationis ut ascendam ad ppl̄m accinctum nr̄m. Ficus en̄ non florebit & non erit germen in uineis. Mentietur opus oliue & arua non afferent cibum. Abscidetur de ouili pecus & non erit armentum in presepibus. Ego aut̄ in d̄no gaudebo & exultabo in d̄o iesu meo. Deus d̄ns fortitudo mea & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et sup excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. SANCT MOYSI.